



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

Residentia Canzvsæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

In loco dicto Vno maior pars huminum confessionis beneficio quæ olim languidior erat, vta est hoc anno. Et nunc templum habent, in quo sacrum & conciones audiant, dum inuisoribus tribus. In Taira plures quadringentis gentilibus Christo necesse dederunt, qui mixti erant Christianis. Ex eadem ora aliquot veneti aliique homines sceletati pulsi sunt.

## RESIDENTIA CANZVSE.

**H**Oc anno ad sacrum lauacrum admissi sunt mortales 40, matrimonio iuncti 60, confessi peccata ter mille octingenti, plus minus, præter eos, qui ter in anno commiserunt, numero 400. Omnes, siue urbem siue villas euan inuicem incolant, doctrinæ Christianæ sunt scientissimi, etiam puella mulieres coniugata: nulla siquidem villa est, quæ non habeat Ecclesiam, & hoc anno veteribus accessere quatuor nouæ. Loca nullus est, in quo nõ necessaria vestis & victus pauperibus sepe uiuis. In Cuchonorau & Canzusa omnia iam parata sunt ad gentem Ecclesiam excitandam. Illa Cuchonorana ex pecunia leëmofynæ nomine cotrogata a Christianis erecta est, & cetera alia quadam in honorem D. Virginis non potntenda, conuentu & religione populi celebrata.

Hoc anno decem aut duodecim uiris restituta sunt uoces, quas repudiarant. Actum quoque est, ut quadam, quæ decem a viro separata alteri in ditrone gentiliu iam nupserat, ad legitimum maritum rediret: quod factum est cum magna omniu lætitia: eoque ampliore, quo ex diuortio facto maior omnium tristerat tristitia.

Conscelerato mori faciendi abortus, & ante baptismum infantes enecandi, medela posita est: sic prorsus, ut impræsentiarum ipsi infandum scelus hotreat, ac certum publicum pro eo cogando cogant.

In quodam loco pauperes duo coniugati gemellos vno partu effuderant, consultò alterum e medio tollunt: res deferunt ad Confraternitatis præfectum. is communicato cum Patre consilio ordinauit, ut vterque coram toto populo in Ecclesia magna delæuissent usque ad sanguinem, postquã frater noster in malitiam & atrocitatem sceleris exposuisset. Quod factum Christianis magnæ fuit edificationi, tum a presentibus aderant, tum absentibus, ad quorum aures cum ore & sermonibus perlata est. Confitendi mos tempore infirmitatis sic vbique iam receptus est, etiam



etiam in locis a residentia Patris valde remotis, ut admiratione digna res sit, si quis sine confessione à vita decedat.

Senex quidam pauperrimus & eger ad Ecclesiam Canzusanam venit confessionis faciendæ causa, asserens se breui moriturum, cumque ibi degeret P. Rector Arimensis, examinatus est, num elemosinæ potius causa, quam confessionis aduentasset: verum ille constanter respondit, se desiderio confessionis teneri, ne a salute excidat æterna. Pater confessionem hominis audiit: ille autem post unum diem & medium hanc vitam cum altera commutavit. Rei huius fama mox per vniuersam ditionem percrebuit.

Huius generis plures ægri fuere: speciatim autem duo vel tres, qui multis annis delituerant in speluncis, & a decem, duodecim, atque etiam viginti annis peccata confessi non fuerant: confessione autem facta cum magna salutis consequendæ fiducia ex hac vita migrarunt. Addam de femina, quæ ipsos octodecim annos in spelunca quadam, quæ nec porcis satis conueniret, latuit, & fumo, fame, aliisque infinitis ærumnis ita deformata erat, ut omnibus spectatoribus incuteret terrorem. certè Pater, ut primùm eam conspexit, in lacrymas prorupit. Et quamuis illa non longè abesset a via, quam Pater sæpe transierat, nullus tamen eum certiorum de miserabili hac muliere reddidit. Vescabatur leguminibus è scutella lignea peruerusta, quæ illi a quibusdã, velut bestiarum, præiciebantur. Pater nihilominus deprehendit eam integro iudicio, claraque rerum diuinarum intelligentia præditã, orationum quoque conuictarum gnaram, quas frequenter recitabat. Tandem cum magno doloris sensu confessã est, & paucis post diebus è viuis excessit.

In Cachinotai diuina quoque providentiã perspicuè apparuit in quibusdã, Meaco aliisque regnis oriundis, qui negotiorum suorum causa illuc impulsì, non modò Christiani facti sunt, sed etiam coniugiorum societate illi genti se deuinxerunt. Ibidem in portum venerat adolescens quidã egregius, iter habens in Corai, ubi euidam Domino seruiret: cum autem nauem quandam cõscendisset, rursùm eam diuinæ providentiæ nutu egressus est. nam postero die è portu in mare Canzusanum delata, licet maxima esset & pulcherrima, per mediũ dirupta, à fluctibus cum multis haulta est vectoribus: qui casus sic perculit dicti adolescentis animam, ut confestim rationes secum inierit de Christi doctrina amplectenda, & officia seruitioque Christo præstando, in Ecclesia: quod & factum est: præclaro enim nunc exemplo est omnibus, & ingentes Deo gratias agit, quòd tam mani-



DE COLLEGIO OMVRANO EIVS.  
QVE RESIDENTIIS.

**I**N agro Omurano versantur de nostris Patres quatuor & fratres nouem, & diuersis locis operam suam locant Christiani qui numerum efficiunt vicenorum millium, & quorannis, prolo excepto, ad sacerdotum pedes sui accusandi causa se abijciunt. Licet verò magnus sit labor, obire omnia loca, & instar rotarum gyrum continenter agitari; tamen quia magnus respondet labori fructus, Deus suæ vineæ operariis vires & sanitatem congruam hactenus suppeditauit. Eorum numerus qui quolibet anno celesti pane pascuntur attingit sexcentissimum supra mille. In Ecclesiæ desponsati sunt 380. Aqua lustrali aspersi adulti sunt qui in regnum Omuranum ex gentilium terris aduenere, ut in sedem suam collocarent.

Hoc anno insolitus fuit concursus ardorque Christianorum, maximè in Quadragesima. Cùm in exitu Concionis spectant præberetur Christi crucifixi effigies, tot lacrymæ & discipulorum sanguinem usque consecutæ sunt, ut omnes obstupescerent. Quadragesimæ diebus idem fecere per vias & Ecclesiarum ianuas numero magno: tamque multa noua pœnarum genera excogitauerunt, ut Patres, veriti, ne fama rei ad vicinos gentiles permaneret, modum enim latere destitimus) mandauerint eis, ut moderatius agerent: ex villis enim longo ordine cateruatim Ecclesias ambulabant. Sed moderatio eiusmodi fuit, ac si nullum esset oblatulum, nullum Taici edictum: longè enim maiori & numero desiderio pœnitentiæ agendæ & salutis suæ procurandæ confluxere.

Iam anno superiore scriptum est, ab hinc quinquennio omnes Dominos Christianos caterosque gentiles ex Scimo bello Coraiano implicitos. Quo toto tempore Dominus Sanctus tam præclara virtutis suæ exempla reliquit, ut multi gentiles Domini palam testarentur se capere non posse, qua ratione adolescentem tam nobilis, cui omnium rerum copiam suppetere, eundem tantenorem in tanta integritate & honestate retinere possit. Eundem omnes famuli, qui multi sunt, strenuè imitantur, & conuenienter diuinæ legi viuunt. Nec inferiorem laudem alii multi iuuenes genere clari meruere, qui ad Confessionem sacram, vultus